



**Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1863**

De S. Phosterio Abate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](#)

## DE S. SIMEONIS RELIQUIS

## ET TEMPLO.

Ex Evagrio lib. 1, Hist. Eccles. cap. 13 et 14.

**E**vagrius Scholasticus, qui sub Tiberio II Quaestor fuit, sub Mauricio vero Tabularum servandarum Praefectus, lib. 1 Historia Ecclesiastica cap. 13 et 14, cum alia narrat de S. Simeone, quæ passim superius in Notationibus indicata sunt, tum de corporis ejus reliquis et templo hæc sane miranda, quæ ipse coram spectavit.

2 Istitus corporis cum multæ aliae partes ad nostram usque ætatem fuere reservatae, tum caput ipse equidem conspicatus sum, a Gregorio viro magni nominis id temporis Episcopatum illius Ecclesiæ gerente, et b Philippico efflagitante, uti Sanctorum reliquia, c quo tutius in Oriente expeditiones militares faceret, ad ipsum mitterentur. Atque quod valde mirandum videtur, capilli in capite inhærentes, minime consumpti sunt, sed perinde ac si viveret, et cum hominibus versaretur, integri manserunt. Frontis item cuticula, quamquam contracta fuit in rugas exaruitque, tamen mansit incorrupta : multi etiam ex dentibus, qui hominum fidelium manibus minime fuissent evulsi : hique figure sua indicarunt, qualis divinus ille Simeones fuerit, et qua statura. Ibi quoque catena ferrea, quam collo gestabat, reponebatur : quemcum (nam ne mortuum quidem carum illud ferrum Simeonem deseruit) corpus omnium sermone celebratum, quod tam graves exantaffet labores, divinos honores consecutum est. Cujus singulas res gestas cum ad meam ipsius, tum ad legentium utilitatem narrando percenserem, nisi de eisdem a Theodoro, ut supra dixi, uberior diffususque disputatum esset.

3 Deinceps aliud, quod ipse oculis vidi, scriptis mandabo. Permagno tenebar desiderio templum istius Sancti Simeonis aspiciendi. Abest autem d' Theopoli, id est Antiochia, stadiis ad summum trecentis, positum in ipso montis iuglo. Istud mandriam vocant indigenæ : cui loco severa vitae disciplina, arbitror, quam sanctissimum Simeones in eo exercuit, istud nomen tribuit. Montis autem accilitas porrigit ad viginti stadia. Templi ædificium extrellum est in modum crucis, porticus ex quatuor lateribus pulchre illustratum. Porticibus vero columnæ, ex polito lapide concinne fabricatae, adjunctæ sunt, quæ tectum scite admodum in sublime erigunt. Versus medium templum, atrium est sub di, summo artificio elaboratum, in quo sita est columna illa quadriginta cubitorum, in qua vitam cælestem iste terrestris corporeus Angelus transegit. Atqui porticus, quas diximus, tamquam cancellis, quos fenestras vocant, in tecto habent, tum ad atrium tum ad ipsas porticus vergentes. Ad levam columnæ in uno cancellorum ipse equidem, cum tota agricolaram circa columnam incidentium multitudine ibi in unum coacta, vidi stellam inusitata magnitudine discurrentem per totam rimam, jubarque fundentem : neque id quidem semel, bisve, aut ter, sed saepius, eamdemque cerebro evanescentem, et ex improviso apparentem deumo : quæ solum in istius sanctissimi viri die festo cernitur.

## DE S. PHOSTERIO ABBAE.

V JANUARI.

**S**anctum Phosterium ceteris, quos quidem viderim, auctoribus ignotum, ita celebrant Menæa v Januarii.

2 Hic S. P. N. Phosterius ex Oriente veluti sol quidam effulgens, Occidentem splendore suo illustra-

4 Sunt qui memorant (ac miraculo sane tum propter fidem eorum qui idem ipsum narrant, tum propter alia quæ ipsi sumus conspicati, credendum est) veram personæ illius effigiem luci que volitante se vidisse, barba demissa, et capite, ut solebat, e tiara opero. Viris, qui ad eum locum veniunt, liber et famili patet introitus : hique cum jumentis suis columnam sœpe circumneunt. Fit autem custodia accuratissima, ne mulier (f qua de caussa, haud equidem habeo dicere) aliquando in templum ingrediatur : sed si quæ accedunt, extra limen consistunt, miraculum admirante. Nam e regione stellæ fulgentis una ex portis sita est. Hæc Evagrius, quæ et Nicephorus. lib. 14, cap. 51.

Ipsius quoque persona.

e  
Viri cum ju-  
mentis colum-  
nam circum-  
eunt.f  
Femine in  
templum non  
intrant.

a  
*Caput S. Si-  
meonis vidil  
Evagrii 126  
annis post eius  
mortem.*

Catena ferrea  
cum corpore  
servata.

d  
*Antiochia  
Theopolis  
dicta.*

Descriptio  
montis et tem-  
peli S. Simeo-  
nis.

Stella admira-  
bilis ipsius fe-  
sto die appa-  
ret.

a Hic S. Anastasio Sinaita ejecto, (injuste quidem, sed tamen coacto ut Episcoporum conventu, quasque legitima forma servata) Antiochenus Patriarche creatus est anno DLXXII vir præclarus, et ex Evagrio pluribus locis ostendit Baronius. De eo iterum agetur xxxi April. in vita S. Anastasi Sinaitæ, et xxiv Maii in vita Junioris Simeonis Styli.

b Dux hic fuit Antonius copiarum sub Maurilio Imp. qui suam ei sororem Gordian matrimonio junxerat. Rebus multis adversus Persos et alios hostes præclare gestis, Phoca imperium invadente, sacerdotio initatus, quietam vitam sectatus, pariterque coniugii Gordian. Multa de eo Baronius Tom. 7 et 8, ex Evagrio, Historia miscella, et alius.

c Hic quoque spectat quod in Historia miscella lib. 17, cap. 10, referatur. Philippicum anno Mauritiu IV, assumpta Christi imagine non manufacta, insigne de Persis victoriam retulisse.

d Theopoli, id est Dei-civitas. Maxima urbs Orientis, inquit Stephanus Byzantius, que post terræmotum sic appellata est a Justiniano, cum prius Antiochia dicereatur. Idem refert Evagrius lib. 4, cap. 6, et Baronius ad an. DXXVIII. Justiniani II nu. 21.

e Ex vita S. Danielis Styli patet, eum cucullo tegere caput consuevit. Nam κουκούλης της περιθέτης κάλυμμα, cucullus capitis tegmen, Leoni Imp. missum ab eo munus, Sergius monachus, cum Imperator variis Reipublica negotiis occupatus, non satis advertevere animu ad ista posset, Daniellus donavit. Cucullis proprie puerorum velabuntur capita. Ita S. Dorotheus serm. 1. Δαρβάνων δὲ καὶ κουκούλην τούτην δὲ εστὶ σύμβολον τῆς ταπεινώσας τὰ νίπια γαρ τὰ πυρά, τὰ δάκρυα, φροντίσκουν δὲ λόγον, οὐδέποτε δὲ τίτλος κουκούλαν εὑρετικός. Ηρειον δὲ δια τούτου φροντίσκου τὸν κουκούλην τὴν καταστροφήν εἶπεν πατέρας τοῦ πατρὸς τοῦ κουκούλην τοῦ πατέρος. Assumimus cucullam. Est ea symbolum humilitatis. Parvuli enim pueri, et innocentes, gerunt cucullas, vir autem perfectus cucullum non gerit. Nos igitur ideo eam gerimus, ut malitia parvuli simus, ut ait Apostolus, etc. Cassianus quoque Instit. lib. 1, cap. 4, de monachis Egyptiis loquens : Cucullis namque perparvis usque ad cervicis humorormaque demissis confinia, quibus tantum capita contingant, inde sinister diebus utuntur ac noctibus; scilicet ut innocentiam ac simplicitatem parvulorum jugiter custodiare, etiam imitatione ipsius velaminis commoneantur. Quod vero cucullam Evagrius tiaram, vocat, inde patet acutum fuisse et κουκούλης, qualia nullorum in Occidente ascetarum capitia. Nicephorus lib. 9, cap. 14, utrumque confirmat, et acutum fuisse monachorum lib. cuculos, et ad puerum imitationem nitram assumptos a monachis. Τοῦτο τερατολόγον καλύμμα, inquit, τις ἀρχοντος αὐτῷ ἀπόλετον εἶναι καὶ μη ἀναντεῖν, κάλυμμός δὲ καὶ χειρός βασιλεὺς ἐπονεῖ τοὺς γάλακτα τρεμονίον παῖσιν, οἷς φίλον τινας εἰς ὅδον τιμῆς τανόντεσσιν, καὶ τοὺς τρεμονούς εἰπεῖν τοὺς προβάτους. Capitis vero tegmen acuminatum, ut simplices sint, et injurias non vindicent, pureque et innocentem vivant, laetentium puerorum instar, quorum capita ejusmodi linea mitris operi solent, quæ partem rationis principiatum imperiumque obtinentem tegunt atque fovent. Vox cuculla non ita monachalis est, ut putant quidam, quæ antiquæ sit et Latina; licet cucullus apud ethnicos scriptores usitator sit. S. Hieronymus in vita S. Hilariom : Omnes divitiae suas ei derelinques, Evangelium scilicet, et tunicam sacrae, cucullam, et palliolum. Et paulo post iubet se S. Hilarius sepeliri, sicut vestitus erat, in tunica cilicia, et cuculla, et sago rustico. S. Paulinus carm. 13, ad Cytherium :

Bonumque tunice, quo sodalem ornaverat,  
Geminat cuculla munere.

f Non dubitamus, quin id propterea factum sit, quia intra septum mandrae sue vir sanctus, dum viveret, nullam feminam, ne propriam quidem matrem, admisit, ut superius dictum est.

S. Phosterius  
in rupe au-  
stere vivit.  
vere

vit. Cum enim altam rupem, et ab omni strepitu re-  
motam ascendisset, purissimis Deum precibus coluit,  
cibique abstinentia, insomniaque et chameuniis, cete-  
risque corporis afflictionibus se ipsum discruciendo,

*Castitate ex-cellit.*

*Miraculis claret.*

*Panem ab Angelo accepit.*

*Monasterium extulit.*

vere sidus videbatur, nomineque rebus conveniente, orbe omnem luminis fulgore implevit.

3 Corpus autem castimonia illabatum, mentem sanctimoniam consecravit, Deique expressam animi similitudinem, uti erat capax, custodiendo, Spiritus sancti sacrarium effectit. Etiam miraculis a Deo auctus et exornatus, morbos omnes omnisque generis aegritudines, a quacumque hominum forte perecando depulit; panesque divinitus, ut olim Elias vates, accipit: sed illi per corvum, hic vero per caelitus magnum capiebat. Angelus igitur erat, qui huic quotdibus, certo quodam loco, certa quadam dispensatione panem seposuit. Quod si unus, alterve, aut tres plures religiosi fratres peregrine advenissent, totidem panes eodem in loco per se perebantur.

4 Quis umquam tam inusitatum miraculum vel oculis usurpavit, vel per auditionem accepit? Sed cum absque Deo nihil possit nostra deprecatione, non usque ad vitam finem hoc Dei munus illi est concessum. Sed Prophetæ quidem ad aliquos dumtaxat dies. Beato vero huic ad annos non paucos, quoad nempe vitam solitariam et inopem est sectatus. Postquam vero cœnobium ope Numinis excitavit, plurimosque in eo monachos Deo dedicavit, non e celo, ut ante, victimum accepit, sed ex quotidiano manus opere omnibus ne-

cessaria præbuit: non quod id Deus non posset; (apage os impium! quomodo enim qui tot millia integrorum Hebraeorum in solitudine pavit, non possit fidissimos sibi gratissimos cultores et alumnos pascere? Patet res.) Neque rursum sancti viri preces Deus aspernatus est, absit: quin neque pro subtracto pastu umquam deprecatus est. Quærite enim, inquit Christus, regnum cœlorum, et hæc omnia adjiciantur vobis. Nec rursum placet Deo otium nostrum atere. Hinc præcepit Deus famulo suo Phostorio, uti ne quid ab alio acciperet, sed manus opera omnia sibi suisque compararet. Nihil enim a quoquam accipiebat, atque ab eo tempore non verbo tantum docuit suos alumnos, quo pacto faciendo opere essent occupandi, studioque precandi et legendi vacarent, sed re ipsa et factis id ipsis ostendebat.

5 Cum porro ea tempestate heresis in Ecclesia Dei grassaretur, multisque coactis Patribus et ipse evocaretur, venire minime recusavit, reque bene gesta, summam de se omnibus admirationem commovit, multosque ex multis errorum sectis ad veritatem traduxit: pluresque suis adhortationibus ad vite monasticae disciplinam attraxit: multaque miracula vivus mortuusque edidit. Obiit quinta Januarii ad vesperam.

*Labore ma-nuum vicitat.*

*Synodo in-terest.*

*Multos con-vertit.*

## DE S. AEMILIANA VIRGINE

### AMITA S. GREGORII MAGNI.

SECULO VI.  
V. JANUARI.  
S. Aemiliane  
nomen in  
Martyrolo-  
gii.

**M**artyrologium Romanum v. Januarii S. Aemiliana Natalem refert his verbis: Romæ S. Aemiliane virginis, amita S. Gregorii Papæ, quæ, vocante Tharsilla sorore quæ ad Deum præcesserat, hac ipsa die migravit ad Dominum. Meminerunt quoque illius Galesinius, Martyrologium Germanicum, ms. Floriarum, Carthusiani Colonenses in Addit. ad Usuardum, Hugo Menardus, Arnoldus Wion, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, qui testatur, corpus ejus ac Tharsillæ sororis in S. Gregorii æde conditum esse. Colitur S. Tharsilla xxiv Decembris.

2 De utraque hæc scribit S. Gregorius Homilia 38 in Evangel. Dominica 20 post Trinitatem: Tremendum est valle, fratres carissimi, quod audivimus. Ecce nos omnes jam vocati per fidem ad celestis Regis nuptias venimus, Incarnationis ejus mysterium et credimus et confitemur, divini verbi epulas sumimus: sed futuro die judicij Rex intraturus est. Quia vocati sumus, novimus; si sumus electi, nescimus. Tanto ergo necesse est ut unusquisque nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt; nonnulli vero in bonis, que incepérunt, minime persistunt. Alter plene totam vitam ducere in pravitate conspicitur, sed juxta finem vitæ a pravitate sua per districtæ poenitentiae lamenta revocatur. Alter electam videtur vitam ducere, et tamen hunc contingit ad erroris nequitiam juxta finem vite declinare. Alius bonus bene inchoat, melius consummat: aliis in malis actibus a primævæ aetate se exercet, et in eisdem operibus semper seipso deterior consummatur. Tanto ergo sibi unusquisque sollicite metuat, quanto ignorat quod restat: quia quod sepe dicendum est, et sine oblivious retinendum, multi sunt vocati, pauci vero electi.

3 Sed quia nonnumquam mentes audientium plus exempla fidelium, quam docentium verba convertunt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tanto formidolosius audiant, quanto eis hoc de propinquuo sonat. Neque enim res longe ante gestas dicimus, sed eas, de quibus testes existunt, eisque interfuuisse se referunt, memoramus. Tres pater meus

sorores habuit, quæ eunctas tres sacrae virgines fuerunt: quarum una Tharsilla, alia Gordiana, alia Aemiliana dicebatur. Uno omnes ardore converse, uno eodemque tempore sacrate, sub distinctione regulari degentes, in domo propria socialiter vitam ducebant. Cumque essent diutius in eadem conversatione, cooperunt quotidianis incrementis in amorem conditoris sui Tharsilla et Aemiliana succresceret, et cum solo hic essent corpore, quotidie animo ad æternam transire: at contra Gordianæ animus cepit a calore amoris intimi per quotidianas decrementationes tepescere, et paullisper ad hujus saeculi amorem redire. Crebro autem Tharsilla dicere Aemiliane sorori sua cum magno gemitu solebat: Video Gordianam sororem nostram de nostra sorte non esse: perpendo enim quia foras defuit, et cor ad quod propositus non custodit. Quam curabant blanda quotidie redargitione corripere, atque a levitate morum ad gravitatem sui habitus reformare. Quæ quidem resumebat vultum subito gravitatis inter verba correptionis: sed cum ejusdem correptionis hora transisset, transibat protinus et superducta gravitas honestatis, moxque ad levia verba redibat. Puerularum gaudebat societas laicarum, eique persona valde onerosa erat, quæcumque huic mundo dedita non erat.

4 Quadam vero nocte huic Tharsillæ, quæ inter sorores suas virtute continuas orationis, afflictionis studiose, abstinentias singularis, gravitate vitæ venerabilis, in honore et culmine sanctitatis ex reverat, sicut ipsa narravit, per visionem atavus meus Felix, hujus Romanæ Ecclesie Antistes apparuit, eique mansionem perpetuae claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis mansione suscipio. Quas subsequenti mox febre correpta, ad diem pervenit extremum. Et sicut nobilibus feminis virisque morientibus multi convenient, qui eorum proximos consolentur, eadem hora ejus exitus multi viri ac feminæ ejus lectulum circumsteterunt; inter quas mater mea quaque adiuit, cum subito rursum illa respiciens, Jesum venientem vidit, et cum magna animadversione cepit circumstantibus clamare dicens: Recedite, recedite, Jesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat, sancta illa anima a carne soluta est: tantaque subito

*Tres S. Grego-rii amite.*

*Gordiana te-pidior.*

*Monetur a so-roribus.*

*Tharsilla a  
S. Felice Papa  
ad celum evo-catur.*

*JESUM mo-  
riens videt.  
Suavem odo-  
rem spirat.*

Matth. 20. 16.

*Pauci electi,  
tunc multi vo-  
cati.*

*Matth. 20. 16.*